

40 feuda in eorum manibus sunt perventa, unde omni modo tractetis quod hoc non fiat et eciam dicere quod aliquis grecus non possit habere feudum nec esse de consilio.

7^o Item supplicabitis Domino Duche quod mittat domino duche Crete dicendo quod ipse faciat satisfieri hominibus Chanee quibus fuerunt porrecte domus ad terram illud tercium prouisionis quod debent recipere a Communi.

45 8^o Item postulabitis quod cum temporibus retroactis fuisset deputatum dacium judeorum a scala Stromboli citra civitatem Chanee quod illud dacium Chanee persolvatur et expendatur solummodo in reparatione portus Chanee.

9^o Item si Venecijs nollent adimplere feuda militum Chanee de uillanis dicatis quod eis provideatur taliter alio modo quod possint tenere suas uarnitiones pro bono statu terre et si hoc nollet facere dicere debeatis quod deponant uarnitiones quia modo aliquo teneri non possent.

10^o Item dicetis quod cum consiliarij Chanee tanta habeant facere quanta possunt pro officio consiliarie pro quo bene non ualent superesse ad officium camerarie quod placeat domino duci quod camerarij de Chanea fiant pro bono statu terre et melioramenti Communis.

11^o Item promittere debeatis domino duci et Venecijs dandi omni anno Venecijs de districta Chanee mensuras xxx mille frumenti dummodo pax durabit in insula Crete illo precio quod illo de Candida dederunt Venecijs et taliter quod Venecijs teneantur accipere pro dicto precio frumentum aut carum aut uile et
60 similiter per homines Chanee teneantur dare, mittendo Venecias nauigium Chanee pro accipiendo dictum frumentum uel Sudam et dicere quod fieri non possit extrahi de Chanea, donec complecta fuerit de Venecijs dictam quantitatem frumenti et quod mitterentur littere de precepto domino rectori Chanee de hoc.

12^o Item exponetis quod nullum mercatum stationes uel taberne fiant de
65 extra ciuitatem Chanee set solummodo fieri debeat inter ciuitatem Chanee et hoc pro bono statu et redificatione dicte terre, que est quasi tota uacua et facere quod de hoc speciales littere destinentur Chanee ut dictum factum retrahi non valeat.

13^o Item supplicabitis Domino Duci quod precipiat quod aliquod uinum
70 forense non possit conduci Chaneam; uidelicet de extra insulam, pro meliori terre occasione quia uinee sunt ad sufficienciam in Chanea et uinum superabit
72 in Chanea.

κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ Δουκὸς, τῶν Συμβούλων, τῶν Ταμιῶν καὶ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου ἢ τῆς πλειοψηφίας αὐτῶν, ὡς ἐζήτησαν τοῦτο ὁ Δοῦξ καὶ οἱ Σύμβουλοι καὶ ἡ κοινότης τῶν τιμαριούχων. 1301, Ἰουνίου 3.

F^o157

N^o 145. Millesimo trecentesimo I, die III Junij.*

1

Capta. Quod possit per ducham et consiliarios et camerarios Crete prestari pecunia illis qui eis uidebuntur pro facere quod emanatur equi in Turchia et adducantur in Cretam ad fortunam adducentium sicut uidebitur dictis duche et consiliarijs et camerarijs Crete et maiori consilio deinde uel maiori parti eorum, sicut requisierunt dictus ducha et consiliarij et uniuersitas militum. Et si consilium est contra uel capitulare sit responsum quoniam in hoc aliud est supra in 98.

5

7

33

Περὶ καταμερισμοῦ εὐθύνης τοῦ Καπετάνου τῶν κατέργων Ἀρμενίας μετὰ τοῦ Δουκὸς καὶ τῶν Συμβούλων Κρήτης, προκειμένου νὰ ταξειδεύσῃ ὁ ἐξ Ἀρμενίας ἐρχόμενος ἐμπορικὸς στόλος. 1302, Ἰουνίου 5.

F^o158^{to}

N^o 149. Millesimo trecentesimo II, die V Junij.*

1

Capta. Quod quando capitaneus qui redibit de Armenia erit in Creta habeat consilium cum ducha et consiliarijs Crete et si uideretur maiori parti ipsorum quatuor quod non possit uenire securus usque Coronum et ipsi ducha et consiliarij poterint sibi succurrere de armamento tali quod possit uenire securus, faciant illud et si non possint scribant capitaneo et expectent saluo si interim haberet quod posset uenire securus ueniat et similiter quando erit Coroni habeat consilium cum castellanis et si maiori parti ipsorum quatuor uideretur quod non posset uenire securus Venecias et ipsi castellani poterunt sibi succurrere de armamento tali quod possit uenire securus faciant illud, aliquin scribant id capitaneo et expectet saluo si interim haberet quod posset uenire securus ueniat.

5

10

34

Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Ἀλέξιον Καλλέργην νὰ διατηρῇ ἐν Κρήτῃ ἡμιόνους δέκα πέντε. 1302, Ἰουνίου 21.

F^o159

N^o 152. Millesimo trecentesimo II, die XXI Junij.*

1

Quod concedatur licentia Alexio Kalergi tenendi per tempus de nunc in insula Crete mulas quindecim.

3

35

Δίδονται μόνον εἴκοσι πέντε δουλοπάροικοι δι' ἕκαστον στρατιωτικὸν τιμάριον συμφώνως πρὸς τὴν παραχώρησιν. 1302, Αὐγούστου 23.

F^o166^{to}

N^o 175. Millesimo trecentesimo II, die XXIII Augusti.*

1

* Ἐλήφθη ἐκ τοῦ ἀποσπάσματος τοῦ Βιβλίου I.

